

quitatem & violentiam, in edibus suis, id est, opes, per ini-
quitatem & violentiam partas.

Ose. 4. Sacerdotes peccata populi mei comedunt, & ini-
quitate eorum delectantur. Per peccata hic intelliguntur sacri-
ficia peccatorum causa oblata.

Mich. 7. Iram Domini portabo, id est, pœnam à Domino
impositam.

Matth. 27. Sanguis eius veniat super nos & filios nostros,
id est, sanguinis iniuste effusi pœna.

Luc. 16. Habent Mosen & Prophetas, illos audiant, id
est, habent historiam Mosaicam & oracula Prophetica.

I. Cor. 14. Cùm seclatores sitis Spiritum, omnia ad edi-
ficationem Ecclesiæ facite, id est, donorum Spiritus.

I. Cor. 18. Spiritus Prophetarum Prophetis subiecti
sunt, id est, dogmata seu interpretationes scripture ab aliis Do-
ctoribus corrigi possunt.

2. Cor. 3. Hodie cum legitur Moyses (lex à Mose tradita)
velamen super cordibus eorum positum.

I. Pet. 4. Judicium à domo Dei incipit, id est, pœna seu ca-
stigatio (qua judicium tanquam causam sequuntur) incipit ab
Ecclesiâ Dei.

Cicero pro Milone. Principum munus esse ducebat resi-
stere levitati, id est, tumultibus ex levitate animi perfectis.

Pro Marcel. Quos amissimus qives, eos Martis vis percu-
lit, non ira victoria Martis, id est, prælii.

Virg. 1. Eclog. De cælo tadas memini prædicere quer-
cus, Hic cælum pro aère, & aér pro tempestate aëris duplice Me-
tonymia sumitur.

Eclog. 3. Parta mea Veneri sunt munera, id est, amasie
vel amicae.

Eclog. 5. Et multo in primis hilarans convivia Baccho.
id est, vino.

Eclog. 6. — Nec Phœbo gravior illa est,
Quam sibi quæ Vari prescrivit pagina nomen, id est, doctis.

Eclog. 9. Cantando puerum memini me condere soles,
id est, dies, quia dies est mensura solaris motus, seu solis effe-
ctum est.